pietatis meæ fecerit, sciat se continuo quinquaginta libris esse multandum. † Nulli præterea privatorum liceat (exceptis [1] scilicet ornamentis matronalibus, & tam muliebrium quam virilium annulorum habitu) aliquid ex auro, & gemmis, quod ad cultum, & ornamentum Imperatorium [2] pertinet, facere: neque illud sub [3] hoc colore, & prætextu præparare, quod [4] velit clementiæ principali velut aliquod munus offerre: pietas enim mea hujusmodi dona non expetit, neque regium [sibi] offerri a privatis cultum requirit. Sane si quis posthac aliquid contra vetitum hujusmodi sanctionis effecerit, & offerenda clementiæ meæ ornamenta, quæ usibus regiis deputata sunt, auro gemmisque decorata, ausus fuerit præparare: centum librarum auri condemnatione sciat se esse feriendum: capitali quoque subdendum esse supplicio. Ornamenta enim regia intra aulam meam fieri [a palatinis] artificibus debent: non passim in privatis domibus vel officinis [5] parari. Unde summa severitate sancimus, ut quod in cultu ornatuque [6] nostro sacrum, & adoptabile [7] est, id facere temeritas privata non audeat. Si quis sane contra vetitum tranquillitatis meæ aliquid fecerit, definitam superius multam ab his per officia [8] palatinorum exigi, & sacris largitionibus nostris jubemus inferri.

TIT. XII.

DE CLASSICIS [9].

1. Impp. VALENTINIANUS & VALENS AA. Auxonio [10] P. P. [11].

CLassem Seleucenam [12] aliasque universas ad [13] officium, quod magnitudini tuæ obsequitur, volumus pertinere: ut classicorum numerus ex incensitis [14] vel accrescentibus [15] compleatur, & Seleucena [16] ad auxilium purgandi Orientis, aliasque necessitates comiti Orientis [17] deputetur. Datum Indictione XII.

TIT. XIII.

DE DECURIALIBUS [18] URBIS ROMÆ.

1. Imppp. VALENT. THEOD. & ARCAD. AAA. ad Trifolium P. P. [19].

SI quis decurialem de auferendis privilegiis putaverit lite pulsandum, intelligat se curiæ [20] interpellare debere judicem [21]. Dat. 14. Kal. Februar. *Mediolani*, TIMASIO & PROMOTO CONSS. 389.

2. Imppp. HONOR. ARCAD. & THEOD. AAA. Exuperantio, Julio, & cæteris decurialibus [22].

LEges decuriales tam a superioribus Principibus, quam a divo parente [23] nostro conditas, nostra auctoritate firmamus. Singulos itaque Judices scire volumus, ne quis huic collegio injuriis [24] corporalibus tentet notam atterere, neque ab his commodis, quæ rationibus approbantur, audeat separare: huic enim collegio volumus antiquam privilegiorum prærogativam servari. Dat. 8. Id. Jul. *Romæ*, MONORIO A. VI. & ARISTENÆTO CONSS. 404.

TIT. XIV.

DE PRIVILEGIIS CORPORATORUM [25] URBIS ROMÆ [26].

Incolæ urbis Romæ gaudent privilegiis civium. Bart.

1. [27] Impp. HONORIUS & THEODOSIUS AA. ad Alypium P. U.

NUlli sit [28] liberum, nulli permissum, ut novum aliquid urbis incolæ in urbe sustineant: sed [29] in honorem æternæ urbis corporatis indulta fustragia valere præcipimus. Cura [30] autem Rectorum provinciarum corporati urbis Romæ, qui in peregrina transgressi sunt, redire cogantur: ut servire [31] possint functionibus, quas imposuit antiqua solennitas. Dat. Prid. Id. Jul. *Aquilan.* TATIANO & SYMMACHO CONSS. 391.

TIT. XV.

DE PISTORIBUS [32].

1. Imp. LEO A. Viviano P. P.

QUicunque ex mancipiis [33] comitis horreorum dignitatem & officium, vel ambitione, vel gratia, vel pecunia, seu quolibet alio [34] modo posthac fuerit adsecutus: exutus dignitate, quam contra interdictum nostræ serenitatis adeptus est, multatus etiam viginti libris auri, ad antiquum [35] denuo consortium collegiumque revocetur: omne etiam speciale beneficium, quocunque modo contra hanc sanctionem fuerit impetratum, penitus conquiescat.

TIT. XVI.

DE SUARIIS [36] ET SUSCEPTORIBUS VINI [37] [ET CÆTERIS CORPORATIS [38]].

1. Imppp. VALENT. THEODOS. & ARCAD. AAA. ad Albinum P. U. [39].

POrcinarii [40] urbis æternæ, cum pervigilem laborem populi Romani commodis exhibeant: fordidis semper muneribus liberentur. Dat. 8. Kal. Septembr. *Romæ*, TIMASIO & PROMOTO CONSS. 389.

Prætor urbis est judex porcariorum, sive ipsi agant, sive conveniantur. Bart.

2. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Florentio P. P. [41].

QUicunque ex corporibus [42] suariorum, sive excipiendæ necessitate litis adstrictus, sive inferendæ voluntate spontanea provocatus judicium voluerit experiri: fori urbani auditorium [43] prætoletur. Dat. 18. Kal. Februar. *Romæ*, BASSO & PHILIPPO CONSS. 408.

TIT. XVII.

DE COLLEGIATIS [44], ET CHARTOPRATIS [45], ET NUMMULARIIS.

Qui intrat unum collegium, & munera, ad quæ ordinatus est, non exercet: non effugit munera alterius collegii, de quo exivit.

1. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Cyro P. U.

QUi [sub [46]] prætextu decanorum [47] seu collegiatorum, cum id munus non impleant, aliis se muneribus conantur subtrahere: eorum fraudibus credimus esse obviandum: ne [48] quis sub specie muneris, quod minus exequitur, alterius muneris oneribus relevetur: ne argentariorum, vel nummulariorum munera declinentur ab his, qui dici tantummodo collegiati, vel decani feltinant. Ideoque si quis eorum sub nudæ appellationis velamine collegiatum se vel decanum appellat: sciat pro se alium subrogandum, qui prædicto muneri sufficiens approbetur: subrogatione videlicet [49] memoratorum, vel eorum qui moriuntur, primatum ejus [50], qui subrogatur admissa [51] judicio.

Qui supra numerum admittuntur in collegio, non gaudent beneficio collegii. Bart.

§. 1. Quod autem supra [52] numerum, qui in cautis [53] brevibus continetur, nemo se quolibet patrocinio, vel cujuslibet adsumpta potentia debeat excusare, hoc nostræ est serenitatis censere, & tuæ sublimitatis tuique officii cautius observare. Hoc inter omnes æqua lance servari præcipimus: nullo divinæ domus patrocinio, nulla sacrosanctarum ecclesiarum reverentia, nulla qualibet, vel cujuslibet potentia se excusante. † Sed ne tantum circa munera relevanda supplicibus consuluisse nosscamur: illud etiam dicendum [54] observandumque esse censemus, ut chartæ [55] venditio, quæ de provinciis ad corporatos supplicum per innovationem [56] translata est, primæ constitutionis terminis concludatur [57]: hoc est, quod in initio dispositionis constitutum est [58], id in posterum nulla addita [59] novatione fervetur. Dat. 10. Kalend. April. THEOD. XVII. & FESTO CONSS. 439.

TIT. XVIII.

DE STUDIIS [60] LIBERALIBUS URBIS ROMÆ, ET CONSTANTINOPOLITANÆ.

1. [61] Impp. THEODOSIUS & VALENTIN. AA. P. U. [62].

UNiversos [63], qui usurpantes [64] sibi nomina *magistrorum*, in publicis magistrationibus cellulisque collectos undecunque discipulos circumferre consueverunt, ab ostentatione vulgari præcipimus amoveri: ita ut si quis [65] eorum post emissos divinæ

1 Vide *Novell. Leon.* 81. 2 Ornatum Imperatorum. 3 Super. 4 Qui. 5 *Officiis*, quod magis probat *Cujac.* 6 Ornamentoque. 7 Optabile. 8 Id est, officiales Comitis sacrarum largitionum.

9 *Classici*, milites deputati navibus armatis purgandorum fluminum & aliarum necessitatum gratia. 10 Orientis. 11 *C. Theod. hoc tit. l. 1.* 12 Classes variæ pro regionum & fluminum varietate fuerunt. 13 Jurisdictionem in mari adjacenti, quousque magistratus exercere posse hinc colligunt: ut non solum puniant delinquentes in ipsis mediterraneis locis sui territorii, fed & in mari, fub territorio adjacenti. vide Cortium *fingulari jurisdictio.* 14 Incenſiti, colonariæ conditioni minime adſcripti, *l. ſicubi. C. Th. de cenſ. ſive adſcript. l. 6. l. 7. C. Theod. de tironib.* 15 Adcrescentes, qui ex Claſſicis nati. *Goth.* Ut in *l. ſicubi. C. Theod. de cenſ. vel adſc. l. 6. Cod. Theod. de tyron.* Mod. 16 Orontis fluvii, qui amnis eſt Syriæ Seleucium affluens.

17 Quippe Selencia ipſa, de qua hic, in Syria & Oriente.

18 Al. *curialibus*, in *C. Theod. Decuriis.* Corpus decurialium fuit Romæ. *C. Th.* Caſſiod. 5. 19 *C. Theod. l. 14. tit. 1. l. 3. verſ. ſi quis.* 20 *Decuriæ*, in *C. Theod.* & *quæſtuſt. manuſc.* erant autem decuriarum urbis Romæ judices, qui etiam a Caſſiodoro rectores appellantur. 21 Hodie principem, *Novell. 161.* 22 *C. Theod. 14. l. 4.* 23 Al. *patre.* 24 Vide *l. 33. ſupr. de decurionibus.*

25 *Corporati*, ſunt uſibus & neceſſitatibus populi Romani deſtinati, ſic dicti, tanquam ex corpore civitatis, vel collegii: de iis autem ſequentibus titulis ſingulatim tractatur. 26 Fuere & in aliis urbibus corporati. *l. ult. §. de navicul. Nov. Valent. de epiſc. jud.* ſed non privilegiati. *Med.* 27 *Al.* Imppp. Valentinianus, Theodoſius & Arcadius AAA. ad Alypium P. U. 28 Hæc conſtitutio ex 2. §. & 3. conſtitut. conflata eſt, que extant in *C. Theod. lib. 4. tit. 2.* quare ex eo loco pete inſcriptiones & conſules, commode enim hic reponi non poterant, nili hæc conſtitutio rurſus diſſoluta fuiſſet in tres illas conſtitutiones. 29 *l. 3. C. Th.* 30 *l. 4. C. Theod. l. 1.* 31 *l. 50. §. de decurionibus.*

32 Piſtores hi mancipes dicti: pani civili conficiendo obnoxii. *l. 1. l. 2. §. de frumento urbi Conſtantinop. l. ult. tit. 23.* 33 *Mancipius*, *in lib. Aured. & al. voter.* vide *hic Cujac.* Goth. Et omnino legendum, *mancipiolus.* fuit enim in urbe certum corpus piſtorum, qui pani civili conficiendo obnoxii erant: atque hos mancipes vocat *l. 1. & 2. §. de frumento. urb. Conſtant. l.* 18. *C. Th. de piſtor. l.* 4. *C. Theod. de exec. & exact.* & ſic Prudentius dixit, *mancipem carceris*, *mancipem ſutrina.* Plinius *mancipem divinitatis*, Tertullian. Conſtituitur autem hæc lege, ut mancipes five piſtores, qui Comitis horreorum dignitatem adepti fuerint, piſtrino reddantur, cum non liceat piſtoribus ad hanc dignitatem adipiſci. Vide & Marcum Vertran. *de jure lib. c.* 20. Mod. 34 Quoquo modo. 35 Mancipium, & rede, ut eſtam conſtat ex *l.* 18. *C. Theod. h. t.* ubi piſtores mancipes appellantur, & eorum mancipatus ſit munus. adde 12. *C. Theod. 14.*

36 *l. 2. §. h. t.* & porcinariis. *l. 1. §. h. t.* 37 Suſceptores vini fiſcalis, caupones vocat, qui fiſcale vinum populo vendebant. Vinum enim perraro populo gratuitum dabatur. Vopiſcus in *Aureliano.* Goth. De his tamen ſuſceptoribus hoc titulo nihil continetur, nec de aliis quam de fuariis quidquam. Sed putat Cujacius de fuariis conſtituta, ad cæteros quoque eſſe porrigenda. *Med.* 38 Deſunt in pleriſque lib. 39 *C. Theod. l. 2. §. 6.* ſed vide, multa enim hinc detracta ſunt. 40 Porcino gratuito P. Romano dabatur. 41 Al. *Hilario P. V. ut C. Theod. 14. 4. 8. Unde ſumpta eſt hæc conſtitutio.* 42 Al. *corporalibus.* 43 Adjutorium.

44 *Collegiati*, συσταστικοι, quorum corpus incendiis arcendis deſtinatum. Symmachus *de corporib. ad Valentinianum*, ex diverſis corporibus aſſumpti. *l. fem. §. de communariis*, 45 Vide Alciat. *lib. 21. praterm.* Buidxum *in annot. poſterior. ad Pandect. & Tyrrhum hic.* 46 Jam ſemel poſita fuit hæc *l. ſub tit. de facroſ. eccleſ. qui ſub prætextu.* 47 Decani, lecticarii, copiatæ, veſpillones, *l. 4. ſupr. de ſacroſ. eccleſ. Novell. 3. & 43. §. 1. ſi qua.* 22. §. 1. §. *de epiſcopis*, *l. 15. C. Theod. h. t. l. 1. C. Theod. de inf. col.* Epiph. 3. *tom. 7. in fin.* vide Forn. 2. *ſelect.* 21. Goth. Horum vero & illorum certum numerum fuiſſe oſtendit *l. pen. §. de comm. & merc. & d. l. 4. ſupr. de ſacr. eccl.* quem nemo ab aliis numeribus quaſi fit ex decanorum vel collegiatorum corpore, vacationem obtinere poteſt, nec ſi ei ſuffragetur eccleſia, vel principis domus, vel quælibet alia poteſtas five dignitas. *Mod.* 48 Tributorum vitandorum cauſa eccleſiæ, vel cujuscunque alterius dignitate nomine abuti non oportet: idque, ne gravetur Respublica, que quo pluribus datur minoritas, eo certe majora tributa pendit. *l. 12. ſupr. de annon. & trib. l. 10. tit. 16. l. 14. §. de exact. trib. l. 10. tit. 19. l. 2. §. de privileg. domus Auguſtæ. b. lib. tit. 74. Nov. 43.* 49 Ubi videlicet. 50 Ei, qui. 51 Admiſſo. 52 Supernumerarius collegii, muneris, vel dignitatis alicujus beneficio ac privilegio dignitatis, vel collegii frui non poteſt. Corſetus *ſingulari ſupernumerar.* 53 *Encauſtis* emendat Cujacius. Encauſta vero, five encauſtaria dicuntur monumenta civitatis five chartæ publicæ. *l. 9. §. de agricenſit. & cenſ. l. ult. tit. 47.* 54 Edicendum. 55 Chartæ & charrariorum urna ſub P. urbi (ut docet hujus legis inſcriptio) pertinuit & ad Comitem facrarum largitionum, *Novell. 44.* Chartariæ autem Romæ, & Conſtantinopoli fuere in 4. regione.

56 Invocationem. 57 Emptoribus certe in publico tabernæ (*banchnon* Barbari appellant) ut & tabellionibus, commoda, & incommoda tabernæ cohærere notat ex hoc loco poſt Anſelmum Corſetus *ſing. Oſtiarum.* 58 Conſtitutum vel præceptum eſt.

59 Adita.

60 Scholam publicam aperuiſſe ſub Domitiano Quintilianum quidam ſcribunt: & a fiſco ſalarium accepiſſe, quod præſtet ex Suetonio in Veſpaſian. adſcribi. 61 *Al.* Imp. Theod. A. & Valentinianus C. Theophilo P. U. 62 *C. Theod. hoc tit. l. 3.* 63 Adde *l. 1. §. de profeſſorib. qui in urb. l. 12. tit. 15.* 64 Profitendi publice auctoritatem nemo uſurpare debet: poena alioqui infamia & urbe ejectio. 65 *Qui, in C. Theod.*

divinæ ſanctionis affatus, quæ prohibemus, atque damnamus, iterum forte tentaverit, non ſolum ejus quam meretur, infamiæ notam ſubeat, verum etiam pellendum ſe ex ipſa, ubi verſatur illicite, urbe cognoſcat. † Illos vero, qui intra plurimorum domos eadem exercere privatim [1] ſtudia conſueverunt, ſi ipſis tantummodo diſcipulis vacare maluerint, quos intra parietes domeſticos docent, nulla hujusmodi interminatione prohibemus. † Sin autem ex eorum numero fuerint, qui videntur intra Capitolii [2] auditorium conſtituti, hi omnibus modis privatarum ædium ſtudia ſibi interdicta eſſe cognoſcant: ſciturі, quod ſi adverſus cœleſtia ſtatuta facientes deprehenſi fuerint, nil penitus ex illis privilegiis conſequantur, quæ his, qui in Capitolio tantummodo docere præcepti ſunt, merito deferuntur. † Habeat [3] igitur auditorium ſpecialiter noſtrum in his primum quos [4] Romanæ eloquentiæ doctrina commendat, Oratores quidem tres numero: Grammaticos [5] vero decem. In his etiam, qui facundia, gravitatis [6] pollere noſcuntur, quinque numero ſint Sophiſtæ [7], & Grammatici æque decem. Et quoniam non his artibus tantum adoleſcentiam gloriоſam optamus inſtitui: profundioris [8] quoque ſcientiæ atque doctrinæ memoratis magiſtris ſociamus auctores: Unum igitur adjungi cæteris volumus, qui philoſophiæ arcana rimetur: duos quoque [9], qui juris ac legum voluntates [10] pandant: ita ut unicuique loca [11] ſpecialiter [12] deputata adſignari faciat tua ſublimitas: ne diſcipuli ſibi invicem poſſint obſtrepere vel magiſtri: neve linguarum confuſio permixta, vel vocum, aures quorundam, aut mentes a ſtudio literarum avertat. Dat. 3. Kal. Mart. *Conſtantinop.* THEODOSIO A. XI. VALENTINIANO CONSS. 425.

TIT. XIX.

DE HONORATORUM VEHICULIS.

Antiquitus in ſignum dignitatis & honoris in dignitate poſiti ibant in curribus ſeu vehiculis. Bart.

1. Imppp. GRATIAN. VALENT. & THEOD. AAA. Nebridio P. U. [13].

OMnes [14] honorati [15], ſeu civilium, ſeu militarium [16], vehiculis dignitatis ſuæ [17], id eſt, carrucis [18], intra urbem ſacratiſſimi nominis ſemper utantur. Dat. 3. Kal. Februar. *Conſtantinop.* HONOR. N. P. & EVODIO CONSS. 386.

TIT. XX.

DE PRIVILEGIIS URBIS CONSTANTINOPOLITANÆ.

1. Impp. HONORIUS & THEODOSIUS AA. [19] Philippo Præfecto Illyrici.

URbs Conſtantinopolitana non ſolum juris Italici [20], ſed etiam ipſius [21] Romæ veteris prærogativa lætetur. Datum prid. Id. Jul. EUSTACHIO & AGRICOLA CONSS. 421.

TIT. XXI.

DE METROPOLI [22] BERYTO.

In eadem provincia poſſunt eſſe duæ matrices civitates. Bart.

1. Impp. THEODOS. & VALENT. AA. Hormisdæ P. P.

PRopter multas juſtasque cauſas metropolitano nomine ac dignitate civitatem [23] Berytum decernimus exornandam, jam ſuis virtutibus coronatam. Igitur hæc quoque metropolitanam habeant dignitatem. Tyro nihil de jure ſuo derogetur. Sit illa mater provinciæ majorum noſtrorum [24] beneficio: hæc noſtro, & utraque, dignitate ſimili perfruatur.

TIT. XXII.

DE CANONE [25] FRUMENTARIO URBIS ROMÆ.

Nauta debet conſteri ſe recepiſſe ſpecies incorruptas. Bart.

1. Imppp. VALENTINIANUS, VALENS & GRATIANUS AAA. ad Julianum PF. annonæ [26].

NAutici [27] apud Præfidum [28] aut magiſtratuum acta conſiteantur incorruptas ſpecies ſuſcepiſſe, eorumque apud quos depositur iſta teſtatio, præſens aſpectus probet nihil in his eſſe vitii: quod eo tempore quo ad ſacræ urbis portum pervenit, Præfecturam jugiter obſervare præceptum eſt. Dat. 18. Kalend. Jul. *Remis*, GRATIANO A. I. & DAGALAIFO CONSS. 366.

2. Impp. ARCADIUS & HONORIUS, AA. ad Senatum [29], & Populum.

SI quid [30] frumenti, vel hordei [31] urbicarii canonis remiſſione indultum eſt ſpeciali beneficio: contra commodum publicum [reſcripta [32]] elicita non valeant. Dat. 17. [33] Kal. Maji [34], *Mediolan.* CÆSARIO, & ATTICO CONSS. 397.

3. Iidem AA. Meſſalæ P. P. [35].

NEminem [36] patimur in mutando [37] canone urbis Romæ noſtræ clementiæ beneficium poſtulare, ſed etiam ea reſcripta quæ quoquo modo potuerint impetrari, ſuſcipi non ſinimus: eos vero qui contra hæc fecerint, in duplum retinendos eſſe decernimus. Vicarios, quinetiam cæteros Judices (niſi deinceps ab uſurpatione urbicarii canonis abſtineant) deportationis pœna detineri: primates officiorum capitali ſupplicio ſubjugari perpetua auctoritate ſancimus. Dat. prid. Non. Septembr. *Altino*, THEODORO V. C. CONS. 399.

TIT. XXIII.

DE [38] FRUMENTO [39] URBIS CONSTANTINOPOLITANÆ [40].

Quod debet dari in pœne, non debet ſolvi in frumento. Bart.

1. Impp. HONORIUS & THEODOSIUS AA. Urſo P. U. [41].

NUlli [42], ne divinæ quidem domui noſtræ, frumentum [43] de horreis publicis pro annona penitus præbeatur: ſed integer canon mancipibus [44] confignetur annona in pane cocto domibus exhibenda: ita enim debet canon ab inclytæ memoriæ Conſtantino [45] præſtitus, necnon a divo pietatis meæ avo [46] [Theodoſio [47]] auctus expendi: quoniam creſcit inopia, ſi frumenta quæ pro annona tribuuntur [48], ad uſus alios deputata cognoſcantur: cogentur enim de publico ſibi emere, quæ aliis vendere potuiſſent. Dat. 10. Kal. Aug. *Conſtantinop.* THEOD. A. VII. & PALLADIO CONSS. 418.

Quantitas ſtatuta ad emptionem frumenti non poteſt minui, nec ad alios uſus converti. Bart.

2. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Leontio P. U.

AUri [49] ſtatuta quantitas [50] ad coemptionem [51] frumentariam perpetuo ſit dedicata [52]: nec liceat cuiquam poſt adminiſtrationem urbicariæ poteſtatis perceptam, aliquid ex eadem ſumma minuere, vel ad quoscumque alios uſus convertere [53]: ſed ſub geſtorum teſtificatione certum fiat, & quod mancipibus [54] mutui [55] nomine datum eſt, & [56] quod ab iisdem ſit excepta omni concuſſione [57] ſolvendum. Eum autem, qui hanc formam auſus fuerit inquinare [58], quantitatem, in qua ſuam calliditatem exercuerit [59], in duplum [60] redhibere jubemus: & quicquid ex prædicta ratione accreverit [61], ad [62] cumulum ejusdem auri quantitatis, & frumentarii tituli firmiter [63] redundare: legisque hujus tenorem æneis tabulis incidi. Dat. 5. Kalend. Decembr. *Conſtantinop.* ARIOBINDO, & ASPARE CONSS. 434.

TIT. XXIV.

DE ANNONIS CIVILIBUS.

Annonæ civiles non dantur pro titulis in dignitatibus, ſed pro meritis. Bart.

1. Imppp. THEOD. ARCAD. & HONOR. AAA. Proculo P. U. [64].

ANnonas publicas [65] non tam titulis dignitatum, quam ſingulorum virorum [66] meritis attributas divi Conſtantini liberalitate

1 Profiteri privatim cuique licet: privatim autem eſt intra parietes domeſticos; *ut hic.* 2 Profiteri in Capitolio ſoliti profeſſores: ubi & eorum auditorium fuit. 3 Al. *Habeant.* 4 Profeſſorum publicorum numerus hic fuit Romæ: lingua Latina Oratores 3. Grammatici 10. Græcæ vero linguæ ſophiſtæ tres: Rhetores 5. Philoſophus unus: Jurisperiti duo. 5 Al. *Grammaticos.* 6 *Gravitatis*, in *C. Th.* al. *Gracenitatis.* 7 Sophiſtæ Rhetores Graci. 8 *Profundiores*, in *C. Theod.* Philoſophiæ ſtudium & profeſſionem anteponit Juſtinianus Grammatice & Oratoriæ. 9 Profeſſores juris duo Romæ: ſi mentia Ioantii Jurisperiti & profeſſoris *in C. Theod. & Leonis* apud Sidonium. 10 *Formulæ*, in *C. Theod.* 11 Vendere invitum non poteſt poſſe ſalvere publico & religionis, utpote cujus cauſa & ipſa ſumme publica ſit, hinc colligunt. adde *l.* 12. §. 1. *ff. de religioſis*, *l.* 2. *ff. de lib.*, *qui ſui. l.* 26. *ſupr. de epiſc.* 12 Profeſſionem publicum auditorium ſatis indifcretum fuiſſe, nunc hanc legem conſtare ex hoc loco poteſt. Jubet enim auditoria ſeparari, ne diſcipuli ſibi invicem obſtrepant, & ne linguarum confuſio permiceatur.

13 *C. Theod. lib. 14. tit. 14. l. 1.* 14 Carruce non omnibus ea tempeſtate licebat, civili namque vel militari dignitate præditis ea tantum ſenatoribus eas permittebat Severus: ut & privatis Aurelianus. 15 Al. *decorati.* 16 *Militarium dignitatum*, in *C. Theod.* 17 Vehicula pro carrucis. 18 Birugis additur in *C. Theod.*

19 Pari *l. 6. §. de ſacroſ. eccleſ.* 20 Quod indicavere Valentinianus, Valens, & Gratianus, *l. 1. C. Theod. lib. 14. tit. 13. de jure Italico urbis Conſtantinopolitanæ.* Cont. *l. 1. ff. de cenſibus.* 21 Conſtantinopolis prærogativam veteris Romæ habet, vide *cap. 28. Synod. Chalcedon. Pragm. Juſtinians ad Vigilium*, *cap. ult. fabricas.* adde *Novell. 131. cap. 2.*

22 Metropoles dnæ in Syria Phœnice, Berytus & Tyrus: ut in Ponto Amaſia & Cæſarea: *Novell.* 28. ut in Cappadocia, Cæſarea & Thyana. Cætera vide apud Cujac. *hic*, & que ſcripſi ad *l. 29. in fin. ſupr. de epiſcopali audientia.* 23 Al. *deeſt.* 24 Id eſt, Hadriani, a quo id Paulus Tyrius orator primus impetravit, auctore Suid. vid. Alciat. *lib. 4. parerg. cap.* 15.

25 Canon urbis Romæ erat frumentum, oleum, porcina, bubula. Hæc conferebantur a provincialibus populo alendo. 26 *C. Theod. 14. tit. 15. l. 2.* 27 Al. *notitia annona*, ſed Nautici, naviculerii & claudicarii ſunt. 28 *Curatorum*, in *C. Theod.* 29 *C. Theod. h. t. l. 3.* 30 Immunitas frumenti & olei non inferendi impetrata nihil valet. *Syn. Baſil. 54. tit. 6. περι ατυλειας ex tit. 23. cap. 1.*

31 Al. *olei*, & ſic legitur in *C. Th.* 32 *Anſi a C. Th. & quib. al. lib.* 33 *Al. 16.* 34 Martii. 35 *C. Th. hoc tit. l. 5.* 36 *Hæc quoque conſtitut. ex §. & 6. cap. tit. 15. l. ult. §. decimis ubi.* vide quoque *infr. l. 1. tit. prox.* 37 Canon præditis ſignis immutari non poteſt: Qui mutavit, duplum ab ipſo repetitur: qui conſeſtiuitur. *Syn. ab. c. 1.* 38 *De annona & frumento urbis.* 39 *Eclog. lib. 54. tit. 25.* 40 Περι αννωνων διδομενων τη τε κωνσταντινε πολει και τοις σχολαστικοις. De annonis urbis Constantinopolitanæ ac ſcholarium, *Synopſ. 54. tit. 25.* 41 *C. Theod. 14. 16. 2.*

42 Ut nulli penitus ne divinæ quidem domui, pro annonis frumentum præbeatur: ſed (quod gratuito Conſtantinopoli præbetur a principe) pro pane, populo præberi non oportet, ſed integrum id quidem mancipibus, id eſt, piſtoribus dandum eſt, deinde populo panis coctus exhibendis, ne ſi frumentum non panis populo datur, id populus in alios hunc modum panes canonicarii canonicis hodie præbentur, & breviter, quod in pane ſolvi oportet, id in frumento ſolvi non poteſt. Corſetus *ſingular. Frumentum.* 43 *Mancipes*, *hic & l. 2. §. h. t. piſtores.* 44 Annonam gratuitam odognita millium fere modiorum, 2. *Socrates* 1. 3. primus Conſtantinus Conſtantinopolitanis ſitis dedit: ut antea gratuita P. Roman. dabatur. Suidas hunc canonem panes palatino videtur appellare, forte quod e palatio erogarentur: niſi malis palatinos ſpellare, quod palatina darentur. Panum enim alii populares, alii militares. *l. 7. Cod. Theod. de annonis civil.* 46 Canonem annonæ gratuitæ, a Conſtantino Conſtantinopolitanis conceſſe, ut &. diximus, Theodoſius auxit, *ac hic. l. pen. C. Theod. de annonis civilib.* ut & Martianus *l. 2. §. tit. prox.* ut & Romæ Aurelianus, *teſte Vopiſco*, quæ annea a Trajano & Severo conſtituta. 47 Abeſt a *C. Theod.* 48 Vide *l. ult. ſupr. tit. prox.* 49 Ad frumenti publici cotempationem auri ſtatuta erat Conſtantinopoli quantitas, ei rei perpetuo ita dicta deſtinata, que, ut nefas eſſet etiam urbis præfecto, eam minuere vel in alios uſus vertere. 50 *Id eſt*, 611. *auri libra*, ex *C. Theod. hoc tit. l. 3.* 51 Frumenti coemptio συνωνη, vid. Cuj. 1. *obſ.* 39. 52 *l. 2. §. quod de frumentario §. fin autem*, *ff. de admin. rerum ad civit. per.* 53 Frumentum publicum ita tenebatur. Pecunia ex arca frumentaria promebatur, teſtato mancipibus, hæc eſt, piſtoribus mutui nomine, hoc eſt, in antecellum dabatur. Inde frumento videlicet, lic coempto, piſtores vel frumentum, vel panes reddere cogebantur. 54 Id eſt, piſtoribus, ut *l. 1. §. h. t.* 55 Mutuum hic promutuum eſt, quod videlicet alicui in antecellum, *en avance*, datur. *Goth.* Et ideo Græci vertunt *τοις προχειρως συνωναις*, qui & *in l.* 40. §. *ſervus. ff. de ſtatulib.* promutuum interpretantur *προχειρων* & *in l. ex conductu.* 9. *item cum quidam. ff. locat.* promutua *η προχειρε* Theodor. Hermopolites *ad l. 1. ſupr. de ſtatent. quæ pro quod int.* *η εν προχειρε το μισθωμα των τοιουτων χρεων συνβαλλει τινι.* datur ergo piſtoribus pecunia promutua ex arca frumentaria, id eſt, in antecellum, ut vel eandem reddant, vel frumentum & panes. dixi in *l. 15. §. 6. ff. locati.* Mod. 56 Sed &. 57 Urbanicianus, qui piſtorem concutierit, piſtorum conſortio addicitur. *Mod. Vid. l. 2. §. de apparit. prof. urbi. l. 12. tit. 12.* 58 *Inquietare*, in *C. Theod.* 59 Pœna hæc eſt P. urbi frumentariam pecuniam in alios uſus vertentis, ut in duplum teneatur, & in id, quod ex ea pecunia lucri fecit. 60 Vid. *l. 6. l. 13. ff. ad l. Jul. pecul.* 61 Excreverit. 62 Lucrum aſſumit naturam ſplius capitalis. Corſetus *ſingulari Lucrum.* 63 *Fomitem*, in *C. Theod.*

64 *C. Theod. hoc tit. l. 10.* 65 *Civicas*, in *C. Theod.* 66 *Viritim*, in *C. Theod. & quæ. lib. mennſc.* quod magis probat Cujacius.

satis claruit. ideoque nihil ex his scholarum nomine [1] vindicetur: sed pro [2] uniuscujusque merito, quæ sunt concessa, ferventur, ut quicunque perceptarum annonarum emolumenta, vel in heredes proprios jure sanguinis transfuderunt, vel in extraneos distractionis titulo transcripserunt: maneat quod gestum est, vel hereditatis merito, vel alienationis arbitrio. Dat. 7. Kalend. Jul. *Constantinop.* ARCADIO A. II. & RUFINO CONSS. 392.

2. Imppp. THEODOS. [3] ARCAD. & HONOR. AAA.

CEntum [4] vigintiquinque modios frumenti, præter solitum canonem, per singulos dies de præfenti sexta indictione ex die Kalend. Januarii [5] nomine [6] parapeteumatis [7] de horreis publicis hujus almæ urbis, insita nostræ pietatis liberalitate tribuimus, datis sacris apicibus ad [8] sublimissimam quoque per Orientem Præfecturam, quibus possit, & modum [9] nostræ donationis agnoscere, & incunctanter præbere, quæ jussimus: quam modiationem jugiter, & in perpetuum civibus nostris debere conferri, valitura in ævum hac lege sancimus.

TIT. XXV.

DE [10] MENDICANTIBUS VALIDIS [11].

Qui sine necessitate mendicant, possunt inspici: & qui eos inspexerit, & prodiderit, & esse probaverit, dominum eorum consequitur, si sunt servi: vel jus colonatus, si sint liberi, salva dominis actione servi corrupti.

1. Impp. GRATIANUS, VALENTIN. & THEOD. AAA. ad Severum P. U. [12].

CUnctis [13], quos [14] in publicum quæstum incerta mendicitas vocaverit, inspectis, exploretur in singulis, & integritas corporum, & robur annorum: atque [15] inertibus, & absque ulla debilitate miserandis necessitas inferatur, ut eorum quidem, quos tenet conditio servilis, proditor studiosus & diligens dominium consequatur: eorum vero, quos natalium sola libertas persequitur, colonatu perpetuo fulciatur, quisquis hujusmodi lenitudinem [16] prodiderit ac probaverit: salva dominis in eos actione, qui vel latebram forte fugitivis vel mendicitatis subeundæ consilium præstiterunt. Datum 12. Kalend. Jul. *Patavii*, ANTONIO & SYAGRIO CONSS. 382.

TIT. XXVI.

DE NAUTIS TIBERINIS.

Qui navem Tiberinam habet, onus publicum cogitur suscipere, nec ullo privilegio excusatur. Bart.

1. Impp. VALENT. & VALENS AA. ad Symmachum P. U. [17].

QUi navem Tiberinam habere fuerit ostensus: onus [18] reipublicæ necessarium agnoscat. Quodcunque igitur navigium in alveo [19] Tiberis invenietur, competentibus & solitis obsequiis mancipetur: ita ut nullius [20] dignitas, aut privilegium ab hoc officio vindicetur. Dat. 8. Id. Octobr. *Altini*, divo JOVIANO & VARRONIANO CONSS. 364.

TIT. XXVII.

DE FRUMENTO ALEXANDRINO.

1. Impp. HONOR. & THEOD. AA. Anthemio P. P. [21].

IN æstimatione frumenti, quod ad civitatem Alexandrinam [22] convehitur, quicquid de crithologia [23] & zygostasii munere, & pro nauclerorum [24] tuenda substantia eminentia tua disposuit, roboramus: atque, ut curialibus præcæ auferatur occasio, jubemus eos ad hujusmodi solicitudinem affectandam nunquam accedere, sed designata officia tuis provisionibus examinata, solicitudinem prædictam implere. Dat. 5. Kal. Febr. *Constantinop.* HONOR. IX. & THEOD. V. AA. CONSS. 412.

2. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Isidoro P. P. [25].

DIurnos [26] centum & decem modios alimoniis Alexandrinæ civitatis [27] addi decernimus: ut nemo privetur eo, quod nunc usque percepit: & *perisseoboregiæ* [28] nomen [29] penitus amputetur, & tesseræ designentur, & nostræ pietatis nomine censeantur. Dat. prid. Non. Jun. *Constantinop.* ISIDORO & SENATORE CONSS. 436.

TIT. XXVIII.

DE ALEXANDRIÆ [30] PRIMATIBUS [31].

1. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Isidoro P. P. [32].

COrporatos civitatis Alexandrinæ repurgandi fluminis onere liberamus: & pro tenore dispositionis tuæ quadringentos solidos ex dinummio vectigali [33] memoratæ civitatis præcommodari decernimus, ita ut ex titulo navium [34] modis omnibus repensetur. Dat. prid. Non. Jun. *Constantinop.* ISIDORO & SENATORE CONSS. 436.

TIT. XXIX.

DE JURE REIPUBLICÆ.

Sententia lata contra civitatem indefensam est ipso jure nulla. Bartol.

1. Imp. ANTONINUS A. Dionysio.

SI quid adversus Rempublicam indefensam [35], in ea specie, in qua neque defensores creati fuerint, neque ut crearentur, placuit, statutum est: actionibus ejus nihil est præjudicatum.

Respublica non habet tacitam hypothecam, nisi ex ipso speciali privilegio vel ex pacto. Bart.

2. Idem A. Phorodio & aliis.

AN [36] Respublica, in cujus locum successistis [37], ideo quia [38] satisfecisse debito vos proponitis, jus pignoris in eo fundo habeat, apud suum judicem quæritur: si enim neque [39] beneficio sibi concesso id jus nacta est, neque specialiter in obligatione pignoris sibi prospexit; causa ejus non feparatur a cæteris creditoribus, qui habent personalem actionem.

3. Imp. ALEXANDER A. Salviniano.

REmpublicam [40], [ut [41] pupillam [42]] extra ordinem juvari moris est.

Quod civitas facit secundum sua statuta, non revocatur per præsulem vel præsidem. Bart.

4. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Urbano.

[SI] secundum legem civitatis Respublica, cujus meministi, ruina collapsis [43] ædificiis tuis distraxit aream [44]: nihil contra hujus legis tenorem Rector provinciæ fieri patietur.

TIT. XXX.

DE ADMINISTRATIONE [45] RERUM-PUBLICARUM.

1. Imp. PHILIPPUS A. Crescentiæ [46].

FUndum vectigalem [47], si suis quibusque temporibus debitæ quantitates inferantur, invito possessore auferri non posse manifestum est.

Si officialis est negligens in exigendo cautionem de legato, vel fideicommisso præstando, tenetur ad interesse. Bart.

2. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Julio & Zenodoro.

COntra [48] eos, qui Rempublicam administrantes, per officii necessitatem sub conditione relicti fideicommissi satis accipere debuerunt, quanti Reipublicæ interest satis non [esse] acceptum, dirigendam esse actionem perspicitis [49]. PP. 7. Kal. Decembr. CC. CONSS.

1 Hæc constitutio abrogat *l.* 8. *& 9. Cod. Theod. de annon. civil.* Dederat Constantinus panes civiles scholis, quæ sunt sub dispositione magistri officiorum undecim, ut ait Justinianus *l. ult. supr. de locat.* Ex hac largitate Constantini orta est quæstio, utrum eos panes singulis scholaribus desisset, an schola & universitati: neque hoc abs re: Nam si schola dedit, in schola manent semper, nec vendi, vel in heredem ab scholari transmitti possunt, si personis singulorum indulsit, contra fe res habet. *Mod.* 2 *l.* 2. *in fin. ff. h. t. l.* 2. *ff. de frumento Alexand. h. tit. tit.* 27. vid. Papon. *S. Notar. S. t. 2. des lettres de sceau, solide & assignat.* 3 *Alt.* MARTIANUS A. TATIANO P. P. ita legitur apud Cujac. 4 *l. 1. supr. h. t.* Canon annonæ gratuite in hunc modum auctus a Marciano, hujus legis autore, ut diximus. De quantitate canonis a Constantino & Theodosio constituti, scripti ad *l. 1. supr. de frumento urbis Constantin. hoc tit. tit.* 23.

5 Juniarum. 6 Panibus publicis nomen imperiale, seu imperatoris inprimi constuetum, ex hoc loco quidam notant. 7 Tesseræ nomine, quæ πετρὸς Græce appellatur, & peteruna, Cujac. *hic.* Quidam legunt, *peristeonatis*, al. *perisseumatis*. vid. Alciat. 8 *Sublimissima, & post ea præfectura.* 9 Commodum.

10 Περὶ ξυμπολιτῶν αἰτητῶν. *Eel. lib.* 54. *tit.* 7. vid. *Novell. de pratore populi*, S. *cap.* 4. & 5. Petrum Gregorium 15. *syntagm.* 25. adde *l. 5. 6. 7. ff. de liberis agnoscendis.* scripti etiam ad *legem* 12. *tab.* 11 In C. *Theod.* legitur, *non invalidis.* recitius *Cant.* Goth. De Otii pœna & Mendicantibus, item de iis, qui falsi stipem irrogant; vid. Heig. *part.* 2. *quæst.* 27. Ant. Adde Damhoud. *prax. criminal. cap.* 112. n. 53. & 54. S. L.

12 C. *Theod.* 14. 18. 1. 13 *Cunctis affatim*, in C. *Theod. & quib. tit.* 14 Mendicantes, qui fani simul & annis vegeti sunt, cuivis licet perveligatos in publicum adducere, neque ea re probare: ut si quis servus esse deprehensus fuerit, in suam cum potestatem redigat: sin liber, domino nihilominus adversus eum, qui eclavit, vel corrupit, actionibus utitur. *Syn. tit.* fit ejus rei mentio *Novella de Quæstore* 80. c. 5. 15 Atque ea, in C. *Theod.* 16 Lenitudinem videtur, *lentitudinem.* Goth. Id est, inertiam & ignaviam, ut *l. hi quos. C. Theod. de accus.* cujus fuit olim propria actio exulem, quæ dicitur τοῦ ἀγνίας γραφὴ, *Nov.* 80. per quam huic constitutioni abrogatur, vide & Lapum *allegat.* 18. Mod.

17 C. *Theod.* 14. 21. 1. 18 *l. 2. supr. de navibus non excus. hoc lib. tit.* 3.

19 De alveo Tiberis, adde *Pragmat. Justin. c.* 24. 20 Al. *nullis.*

21 C. *Theod.* 14. 26. 1. 22 De Canone populi Romani & Constantinopolitani loquitur, advecto ex Alexandria, ut quod ex tota Ægypto Alexandrium conveheretur & ibidem æstimaretur, excutertetur, adnecteretur. 23 Al. *decreto elegit & c.* seu perperam: notales enim *crithologia* munus ejus, qui in Alexandria frumento infsipiendo & excutiendo præpositus est: *zygostasium* vero ejus, qui admetiendo ut ut rede his explicat Cujac. adde *l. 3. ff. ad l. Jul. de annona*, *l. 8. ff. ad municip.* 24 Nauclerorum.

25 C. *Theod.* 14. 26. 2. 26 *l. 2. supr. de annonis civilib. hoc lib. tit.* 24.

27 Alexandria multa habuit præcipua, *l.* 16. & *sequen. supr. de decur. l. ult. ff. de legat. &* proprium canonem, ut utraque Roma, quem hoc constitutio auget. *Mod.* 28 Perissochoregia, supererogatio. Ad. Alciat. *hic, &* Cujac. *Goth.* Budæus quasi redundantem frumenti delargitionem interpretatur a choragio, id est, loco unde omnia promuntur ad ludos necessaria. Erat autem Perissochoregius proximus Regi. Idem in *l. 8. ad & Langobardica* jam pridem vocabula hoc seculo Latinis permiscri faminus] nomine, castari effectum: castatis statuto nominibus officialium, castari protinus & in contenti ipsos officiales, hinc notat Cortlerus *singulari disputatio.*

30 Al. *Alexandrinis.* Alex ndrina autem cura, de qua hic, a Severo instituta est. Spartianus Alexandrinis jus Bulentarum dedit, qui sine publico consilio, ita ut sub reditu ante vivendum, uno judice (is est Jurisdictus Alexandrinus) contenti, quem Cæsar dedisset. 31 Qui *Archigerentes*, vide ut *l. archigerentes*, S. *ff. de excus. and. Theod.* 14. 27. 2. 33 *Vectigal* proprie significat, quod fisco vel reip. præstatur pro mercibus, quæ importantur & exportantur: quod ἐξαγώγιον Justinianus vocat in edicto de Alexandrinis: *Dinummione autem* appellatum videtur a prestationis quantitate & modo. *Mod.* 34 Al. *navigium.*

35 Respublica in eo comparatur pupillo, vel adolescenti, *l.* 3. *ff. h. t.* 36 Tacitam hypothecam Respub. non habet, nisi ex privilegio. *l. Antichrisum.* 37 *ff. de reb. auct. jud. l.* 10. *ff. ad municipalem.* vid. Cujac. 2. *observ.* 24. *in fin.* An respublica loco privatorum habenda. vid. Forner. 2. *select.* 12. 37 Vos successistis. 38 Eo quod. 39 Hypothecam Respublica non habet, nisi ex privilegio, *ut hic, l.* 6. 8. *debitores. t. ff. de municip. & honorib.* 40 Respublicam & fiscum Accursius his conficit male. 41 Restituitur Respubl. ut pupillus. *l.* 4. *supr. quib. ex caus. majores. l. 1. supr. de officio ejus, qui vicem alicujus jud. obtinet. l.* 9. *ff. de appellat.* vid. Cujac. *l. ult. ff.* 5. Argumentum ita ducitur a pupillo ad Rempublicam, vid. Everardum *Topicis loco* 66. *a pupillo ad Rempubl. & e contra.* vid. eundem *ibid. loco* 77. 42 Al. *deest*, al. *pupillum.* Goth. Respublica circumscripta in integrum restituitur, perinde ac pupillus rei adolescens. *l. 1. supr. de offic. ejus, qui vic. alic. jud. obt. l.* 4. *supr. quib. ex caus. major. in integ. Mod.* 43 Collapsa.

44 Areas domorum vacuas occupare fisco licet, quod & Vespasianus permisit auctore Suet. *in Vespasiano* c. 6. & Vidore. adde *l. 7. ff. de off. proefect.*

45 Administratoribus. 46 Crescentio. 47 Vectigalem seu Emphyteuticarium fundum Respubl. auferre emphyteuticario non potest, nisi per triennium cessaverit in solvendo canone. *l. 2. ff. de jure emphyt.* An & cessantem? Minime, *ut hic*, in Commentariis dicemus plenius de agris vectigalibus. *l. 1. ff. si ager vectig.* in *l. ult. supr. ut in poss. legat.* 49 Prospicitis.

48 Extat

TIT.

TIT. XXXI.

DE VENDENDIS [1] REBUS CIVITATIS.

Venditio jura & perfecta non debet a republ. revocari, licet per alium majus pretium offeratur. Bart.

1. Imp. ANTONINUS A. Herculiano.

[SI] sine ulla conditione prædia vendente Republica comparasti: perfecta venditione, nulla ratione vereris [2], ne adjectione [3] facti, auferri tibi dominium possit. Tempora [4] enim adjectionibus præstituta [5] ad causam fisci pertinent: nisi si qua civitas propriam legem habeat.

Locatio perfecta non revocatur, licet aliits majorem pensionem offerat. Bart.

2. Imp. VALERIANUS & GALLIENUS AA.

QUamvis incrementum conductioni factæ publici prædii videatur offerri, non tamen additamenti specie oporter fidem locationis [7] infringi: præsertim, cum tantum jam temporis ex contractu decessisse proponas [8].

Immobilia civitatis, & mobilia, quæ servando servari non possunt, pro utilitate civitatis permittuntur alienari auctoritate principis in utraque Roma: in aliis urbibus auctoritate præsidis, & consensu cujuslibet possessoris. Bart.

3. Imp. LEO A. Erythrio P. P.

SI quæ hereditatis, vel legati, seu fideicommissi, aut donationis titulo domus, aut annonæ civiles, aut quælibet ædificia vel mancipia ad jus inclytæ urbis, vel alterius cujuslibet civitatis pervenerint: super his licebit civitatibus venditionis pro suo commodo inire contractum [9]: ut summa pretii exinde collecta [10], ad renovanda sive restauranda publica mœnia dispensata proficiat. † Indefessa vero cura prospicientes, ne quis adversus civitatum commoda quicquam moliri possit incommodi, sed sine ulla fraude seu nundinatione [11], vel colludio seu conniventia hujusmodi venditiones [12] procedant: hoc [etiam] in posterum observandum esse censemus, ut si quidem ad hanc inclytam urbem, domum, vel civiles annonas, aut alia quælibet ædificia, vel mancipia pertinentia contigerit venundari: non aliter nisi imperiali auctoritate vendantur, in provinciis [13] vero, præsentibus omnibus seu plurima [14] parte, tam curialium quam honoratorum, & possessorum civitatis, ad quam res prædictæ pertinent, propositis sacrosanctis scripturis, sigillatim unumquemque eorum, qui convenerint, jubemus sententiam, quam putet [15] utilem patriæ suæ designare: ut ita demum decreti recitatione in provinciali judicio interveniente, emptor [16] competentem possit habere cautelam. Hos autem venditionum contractus, sive jam completi fuerint, sive postea ineundi fuerint, stabiles esse censemus.

TIT. XXXII.

DE DEBITORIBUS CIVITATUM.

Debitores civitatum non possunt in eis habere honorem, nisi primo debitum solvant. Bart.

1. Imp. ANTONINUS A. Diodoro.

NOn prius debitorem [17] Reipublicæ [18] honorem in Republica subire, quam id, quod debere constiterit, conventus exsolverit: tam meis quam divorum Principum constitutionibus declaratur.

2. Imp. CONSTANTINUS A. Verino [19] S.

APud eos, quos superstites integris facultatibus esse perviderit [20], vel quorum heredes incolumia retinent [21] patrimonia, sortes Reipublicæ [22] perseverare debebunt: ita tamen, ut annuas usuras suis quibusque temporibus exolvant: cum simul & Republicæ utile sit retinere idoneos debitores: & ipsis sit commodum, cumulum debiti minime nutrire. Et quia nefas est, obnoxiis corporibus [23] alienatis [24], circumcisi civitates: placuit, si quis debitor Reipublicæ civitatis quippiam ex eo patrimonio, quod habuit, cum pecuniam Reipublicæ sumeret, donaverit, vel distraxerit, vel qualibet in alium ratione contulerit: qualitate rei alienatæ perspecta, atque omnibus debitoris facultatibus consideratis, quas habuit, cum ei pecunia crederetur, pro ata ab eo [25], qui ex debitoris facultatibus aliquid detinet, ex forte atque usuris postulari. Itaque quoties minus idoneum deprehenditur ejus patrimonium, cujus nomen civitati alicui [26] inventur obnoxium, Judex omni diligentia & sollicitudine debebit inquirere, ad quos ex qualibet conditione transferint debitoris facultates: ut singuli æqua æstimatione habita, pro rata rerum, quas possident, conveniantur: personalem actionem contra eum habituri debitorem, qui ipsis solventibus liberatur. † Ab eo autem, a quo constat fortunarum suarum partem maximam recessisse, etiam reliquam portionem, quæ apud eum refederit, transferi ad idoneum oportebit. † Quod si quispiam debitor Reipublicæ civitatis, fisco nostro locum fecerit [27]: emptores qui a fisco compararverint, manifestum est, secundum jus vetus, & rescripta divorum [Principum [28]] constitutionesque nostras nullam debere molestiam sustinere. † Quod si quis debitor non compariverit [29], vel certe omnia sua ita consumpserit, ut nemo aliquam rem ex ejus bonis possideat, id debitum convenit ad dispendium Reipublicæ pertinere: ideoque cura patris civitatis [30] apud idoneos, vel dominos rusticorum prædiorum pecunia collocanda est. PP. 3. Kal. Febr. VOLUSIANO & ANNIANO CONSS. 314.

TIT. XXXIII.

DE [31] PERICULO NOMINATORUM.

Electores officialium publicorum non tenentur pro electis, licet fidejussores non receperint, si tempore depositæ administrationis solvendo fuerint. Bart.

1. Imp. GORDIANUS A. [32] Serino.

HI [33], qui a te collegaque tuo magistratus creati sunt: etiamsi maxime fidejussores non exegistis, tamen si per id tempus [34], quo magistratus honor deponebatur [35], solvendo fuerunt, periculo vos creationis non fecerunt obnoxios, ex eo quod casu aliquo patrimonium eorum mutilatum sit, cum cessationi suæ id debeant imputare, damnaque Reipublicæ, si qua ob culpam eorum passa est, farcire: qui cum nomine publico eos convenire potuissent, id facere superfederunt.

Nominator tenetur pro nominato officiali in quantum ipse convenitur ex persona sua.

2. Imp. [36] PHILIPPUS A. & PHILIPPUS C.

SI successoris tui successor non idoneum loco sui magistratum denominaverit, administrationis ejus periculum ad tuam personam spectare nequaquam potest [37]. Etenim nominati [38] successoris duntaxat quisque periculum suscipere compellitur: nec ad nominatoris nominatorem manus jure porrigi possunt.

TIT. XXXIV.

DE PERICULO EORUM, QUI PRO MAGISTRATIBUS INTERVENERUNT.

Fidejussores teneantur reipublicæ ad interesse, non ad pœnam, in quam magistratus delinquendo incurrunt. Bart.

1. Imp. ANTONINUS A. Augustali.

FIdejussores [39] magistratuum in his, quæ ad Reipublicæ administrationem pertinent, teneri, non in his, quæ ob culpam [40], vel delictum eis pœnæ nomine irrogentur, tam mihi quam divo Severo patri [meo] placuit.

TIT. XXXV.

QUO QUISQUE ORDINE [41] CONVENIATUR.

1. Imp. ANTONINUS A. Luciano.

ETsi duobus simul cura pecuniæ civitatis, non tamen separatis portionibus, mandetur: singuli non pro virili portione, sed [42] in solidum Reipublicæ obligantur: cum autem de indemnitate civitatis ejus quæritur, prius [43] ejus bona, qui administravit, ac mox si satisfieri non poterit, collegæ conveniuntur [44]: Vos tamen, qui heredes unius ex curatoribus extitistis, damno, si quod post [45] mortem ejus dolo, vel culpa collegarum accessit, onerari, non est rationis.

Duobus si committitur pro indiviso administratio, quilibet ante nominatorem primum conveniatur: locus si separatis portionibus.

2. Imp. GORDIANUS A. [46] Valerio.

QUoties duobus non separatim, sed pro [47] indiviso munus injungitur, & ita ut unusquisque eorum periculo solidi tatis [48] videatur obstrictus [49]: manus ad nominatorem [50], prinsquam utrique, qui [id munus] administraverunt, solenniter fuerint excussi, nulla ratione porrigi possunt. † Si vero separatis portionibus ad munus nominati sunt: prius [51] pro portione conveniantur qui id munus administraverint [52]: item fidejussores eorum. Si nec ab his quidem indemnitas fuerit servata, tunc demum creatorem [53]: ac si nec is

1 Vid. Cujac. 2. *obs.* 24. 2 Perfectam venditionem. 3 *l.* 5. *supr. de fide & jure hastæ l.* 21. *in fin. ff. ad munic.* 4 Adjectio, est licitatio, sive promissio offerentis majus pretium, fic & *l.* 2. *in fin. ff. de locatione prædiorum civilium & rust. ab. tit.* 7. *l. adjectionibus. l.* 10. *tit.* 2. Galli *Encheres.* Additio vero, collocatio est penes eos, qui plures licitati sunt res subjectas voci præconis, *d'adjudication.* Adjectio, ὑπεξαιρέσεως. additio, προσκυρώσεως. adde quæ scripsi ad rubricam *tit. ff. de in diem addictione.* 5 Adde *l.* 4. 5. *de fide & jure hastæ fiscalis*, & quæ ibid. scripsi. adde Forneriam 2. *select. prætica.* 7 Adjectio in locationibus a republica semel factis non admittitur. 8 Proponat. 9 *l. 11. supr. de operib. publicis. l.* 2. *vers. sta enim. supr. de prædiis decur. l.* 10. *tit.* 33. 10 Collata. 11 Al. *inordinatione*, sed male. 12 Venditionis. 13 Adde universitatis, due quum minimum partes consilii præsentes & autores esse debent: consens. 99. n. 6. 17. 22. 14 Plurima. 15 Putent. 16 Emptio.

17 Reipublicæ debitor non prius honorem subire potest, quam id, quod debent, exsolverit. *ut hic, l.* 6. *quos debitores. t. ff. de municip. & honorib.* 18 Debitorem puta ex administratione vel pollicitatione, non ex munere. *l. reformato. & debitores. & seq. ff. de municip. Mod.* 19 *Ex Cod. Theod. l.* 12. *tit.* 11. *l.* 1. ubi legitur, *Lucrio. Lucrio dariis*, in C. *Theod.* 20 Al. *præsidentia.* 21 *Retinere*, in C. *Theod.* 22 Kalendarii, id est, eius, cujus nomen obnoxium est civitati. 23 Μετονομία, Corpora hic accipit pro patrimonio corporis: sed abest a C. *Theod.* 24 Al. addunt *terra*, al. *de relig. dom.* Guid. Pap. *decis.* 432. n. 4. Adde Joann. Sand. *decis. Fris. lib.* 3. *tit.* 12. 25 Facit cap. constituta, verb. juxta ratam, *extr. æstim.* 1. Anf. 26 *Kalendario, civitatis alicujus*, in C. *Theod.* 27 Fisco locum fecere bona dicuntur, quæ publicana sunt, ut *l. 5. supr. de jure fisci*, *l.* 3. C. *Theod. de bonis proscript.* 28 Abest a C. *Theod. & quæ. tib.* 29 Al. *compariverit.*

30 *Curatoris Kalendarii*, in C. *Theod.* sed eundem dici existimandum est, qui Pater civitatis, nempe curator reipublicæ & dissultor publicæ pecuniæ, de cujus officio Ulpianus librum singularem edidit. vid. *l.* 33. *ff. de ritu.* vid. Cujac. *ad l.* 3. *supr. de hæt., qui quasi. publ. mun. sub. l.* 10. *tit.* 43.

31 *Eclog. l.* 54. *tit.* 1. 32 Al. *Gratianus.* 33 Magistratus tunc pro collega tenetur, quum & ipse magistratus & nominatores (*censuerunt*) solvendo non sint: nec tempore gestiti magistratus solvendo erant. Nam cæterum administrationis fine nomine quisque tenetur. *Synops. Basil.* 54. *tit.* 1. *c.* 6. adde quæ scripsi ad *l. un. supr. de posterior. ad munera nominandis. l.* 10. *tit.* 66. 34 Temp ris. 35 *l. 11. & in eum, D. ad municip.* 36 In veteri scriptura: *Idem A. Rufino.* 37 Atque idem erit, si pro te fidejussero, & tu tibi succesorem nominaveris, *l. libertus. S. pen. ff. ad munic.* non idem erit, si pater filio consenserit ad decurionatum, & filius filii successorem nominaverit: quia pater plus est quam fidejussor, & tanquam ipse reus. *l.* 2. *ff. h. t.* quod summe notandum hic monet eruditissimus Cujacius. *Mod.* 38 *Nominatum successoribus. al. nominatis successoribus.*

39 Adde *l. fidejussores. 68. ff. de fidejussoris.* 40 Hanc constitutionem significari putat Cujacius *in 1. fidejussores. ff. de fidejussoris.* Mod.

41 Ordo in conveniendis Reipublicæ debitoribus quis fervetur. 42 *l* 11. *in principe. ff. ad municip.* 43 *l.* 2. *l. h. t.* vid. *l.* 3. *in pr. ff. de admonitt. rerum ad civit. pert.* 44 Plures sunt, qui pro eo obligantur, qui honorem vel munus aliquod publicum gelit, nominator, fidejussor, collega, pater, & duæ quidem priores leges hujus tituli sunt de muneribus, duæ posteriores de magistratibus. 45 Si autem munus duobus injunctum sit separatis portionibus, hic ordo servatur, fidejussor, nominator, collega, *l.* 2. *ff. hoc tit. l.* 3. *fupr. de conv. fisc. deb.* Si pro indiviso, hic; collega, fidejussor, nominator, *dict. l.* 2. *l. adversus. supr. de mag. conv.* Collega quia conreus est hoc casu: Fidejussor quia propius semper accedit ad reum, quam nominator. In magistratibus ordinis ratio eadem est, sive duo creati sint magistratus divisis actibus administrationis, sive indivisis: puta ut primum fidejussor excutiatur, tum nominator, deinde collega. *l.* 3. *& h. t. l. Imperator. ff. ad munic.* Mod.

46 *l. 1. in princ. D. de operib. publ.* 46 Al. *Gratianus.* 47 Indivisim, seu pro indiviso quæcunque injunguntur, ea pericula solidi tatis gerentes obligant, sexus fi separatis portionibus injuncta. 48 Al. *soliditatis.* 49 Confrictus. 50 *l.* 3. *l. ult. in fin. l.* 11. *in fin. ff. ad munic.* 51 *l.* 1. *supr. h. t.* 52 *l.* 13. *ff. ad munic.* 53 Creator hic est nominator: qui quem ad munera civilia nominavit. *l.* 59. *in fin. supr. de decur. l.* 2. *ff. de admonitt. rer. ad civit.*